

Petrus de Vinea

*Ep. V 98 (Benigne recepit
excellencia nostra litteras...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. V 98 (Benigne recepit
excellencia nostra litteras...)*

Respondet cuidam nobili, et commendat eum de fidelitate.

1. Benigne recepit excellencia nostra litteras, quas nostro culmini destinasti. Et plene intellectis uniuersis et singulis, quae per easdem litteras intimasti, deuotionis tuae constantiam merito duximus commendandam, uelut qui in seruitiis nostris ab experto te nouimus constantem et utilem extitisse. 2. Et quia nuper te exposuisti nostris beneplacitis et mandatis, dignis te laudibus extollentes, deuotionem tuam scire uolumus, nos in firmo proposito gerere, ut pro tuis collatis iam dudum serenitati nostrae seruitiis digna suo tempore rependamus tibi et tuis premia meritorum.